

Universitätsbibliothek Wuppertal

Lukianu Hapanta

Zwinger, Jakob

Basileæ, [1619]

Gedichte

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1415](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1415)

LEVINVS LINIVS

studiosis.

Quid quæris puer? Atticum salinum?
 Hoc paruo dabit ære Lucianus.
 Quid? sandi Latios petis lepôres?
 Hos paruo dabit ære Lucianus.

Idem, ad eosdem.

Huc ades ô studiose puer, studiosa iuuentus
 Huc ades, hunc hilari perlege fronte librum.
 Nulla Cytheriaco polluta est pagina amore,
 Quin soror hoc Phœbi casta probabit opus.
 Nec Cynicos memorat, caperata aut fronte Catones,
 Aut aliud si quid ruga senilis amet.
 Sed grates pueris, Charitesque, salesque, iocosque,
 Et quicquid lepidi est, iste libellus habet.
 Attica siue Venus iuuat, aut Oenotria lingua:
 Hanc habet, atque illam, tantulus iste liber.
 Meonide aut Pelio multo est fecundior author,
 Sed vetat impariles nomen inire modos.
 Non minor interpretes succedit diuite vena
 Vatribus Ausonij vnus Erasmus honor.
 Nempe hic, siue pedum certa sine lege vagatur,
 Pulchrum mellifluo Marcus vt ore sonat:
 Siue pedes strictim numerofo calce coërect,
 Nasonem præstat, Virgiliumque refert.
 Quælibet (inuideas) vel iam superstite Plauto
 Vellet Erasmiaco Musa lepôre loqui.
 Huc ades ergo puer Latij studiose lepôris:
 Huc, ades hunc hilari perlege fronte librum.

Corn. Grapheus.

Heus optimi Tirunculi,
 Vultus iocis iucundulis,
 Et lusibus fatiarier:
 Huic Luciano. assuescite.
 Ipse & nuces, ipse & trochos,
 Ipse & mergo lusus habet.

ELOGIA

*Adrianus Barlandus, in persona
Luciani.*

Græcia me genuit, nuper facundus Erasmus
Transtulit in Latium: munere plaude puer.

*Adriani Lucæ Hendecasylla-
bon.*

Castæ rumpe moras puer Mineræ,
Quem linguæ Ausoniæ tenet libido:
Adsis, huc propera, hunc capeffe librum
Dextra præcipiti, & reuolue sæpe:
Qui non barbarie scetet no ciua,
Nec de Vandalico solo est profectus,
Verùm est eloquij nitens lepõre
Romani, salibus meris refertus.
Est & scommatibus iocisq; abundans,
Pruas mordicùs inuehens in artes,
Et mores hominum, simul Deorum
Irridens miserum chorum Ethnicorum.
Vir doctissimus vñdecunq; Erasmus,
Princeps eloquij vtriusque linguæ,
Fecit parue puelle Lucianum
Argium, Latijs loqui camœnis.

IACOBI HERTELII AD GIL:
*bersum Cognatum, in Lucianum
Iambus.*

Quos edidit sales disertus, & iocos
Lepõre tinctos LVCIANVS Attico,
Noti fuère seculis quàm plurimis:
Tunc, Christiano cùm rigaret sanguine
Hortum DEI profana turba gentium,
Cultu sinistrè fascinata dæmonum,
Longè sed hoc sunt notiora seculo
Salsi iocosa LVCIANI dogmata:
Quando redibat liberalibus nitos,

Quem

LUCIANI.

Quem promerentur, quoque præstant, artibus,
 Labore, ERASMI sedulo ter Maximi.
 Is namque Veneris eruditus Atticæ,
 Suaues lepôres dum Latinis auribus
 Accommodauit & probè & feliciter,
 Insigne nactus Lucianus est decus
 Ipsius acri & erudita industria.

(Non diffitemur, & alios conatibus
 Et eruditione præstantes viros,
 Tulisse Luciano opem percommodam.)

At Lucianus omnium notissimus,
 Nunc in manus docilis iuuentutis venit,
 Multò, priùs quàm prodijt, politor.
 Confusa nam quæ tum fuerunt omnia
 Colloquia, nunc sortita formam congruam;

Distincta certis & locis, lepôribus,
 Dubium est venustiora sint, an ordine.
 Quid, Annotationibus doctissimis

Quòd expolita, obscuritate omni procul
 Pulsa, legentibus magis nunc proderunt?

GILBERTE Musarum decus grauiissimum,
 COGNATE doctis & viris gratissime,

Quantè tibi debentur vni gratiæ?
 Nunquam quòd impigro labore desinis

Priscum bonis decus referre literis?
 Eiusmodi natum esse te laboribus
 Pro certo habeto: multi enim quòd tu facis,

Licet velint præstarè, non tamen queunt,
 Industriæ tantæ carentes dotibus.

Nunc ergo perge in posterum dona optima
 Mentis tuæ, tales in vsus conuertere,
 Vt te sibi natum putent quàm plurimi.